

Sermo

Hominis prescientia dei: excepto q̄ e-
go non possum prescire quam viam te-
nebit cecus. sed deus presciuit ab eter-
no quid facturum sit homo. Item alii
qui solent pullos in natiuitate eligere.
quos preuident futuros fortes et bo-
nos. et sicut preelectio hominis nihil
ponit in pullo: ita nec predestinatio
dei aliquid ponit in homine: nisi q̄
visus hominis est fallibilis. visus ve-
ro dei infallibilis. **Eccl. xiiij.**
Oculi domini multo plus lucidior
res sunt sole circumspicientes omnes
vias hominum

Eodem die.

Sermo. lxxix. de euangelio.

Homo quidam erat di-
ues qui induebatur purpu-
ra et bisso. In hac parabo-
la euangelica diues et pauper obuiat
sibi per antichristum. i. contrapositione
sibi tria tempora. vel potius sibi tres
status. scilicet ante mortem. in morte.
et post mortem. Ante mortem. scilicet
in tempore vite presentis opponunt
sibi. status felicitatis in diuite. et sta-
tus calamitatis in paupere. Felicitas
notatur in tribus. scz in opulencia re-
rum. in cultu vestimentorum. in assidui-
tate deliciarum.

De primo dicitur. Homo quidam
erat diues. **Ubi primo notandum q̄**
dominus designauit diuitem nomi-
ne appellatio quod est comune om-
nium specierum: dicens. Homo. sed
non designauit euz nomine proprio
quod conueniret ei soli. immo loco p-
rii nominis posuit nomen disce-
ptiuum. scilicet quidam: causa respectu

Septuagesimus nonus

785

Bis. **Psalmista.** **Nec memor ero no-**
minum eorum per labia mea. Afflig-
nant autem quinque rationes quare non
noiauit diuitem.

Prima ratio est ut ostenderet q̄ sci-
entia dei contraria est scientie huius mu-
di. Quod non habet notici-
am nisi diuitem: eos reputat. eos ex-
colit. Unde psalmista. **Beatum di-**
derunt populum cui hec sunt abom-
ptuarum eorum plena: eructantia ex
hoc in illud. Unde ecclesiastici. xiiij.
Diues locutus est et omnes tacue-
runt. Jacobi. ij. **Si introierit in co-**
uentum vestrum vir aureum anulum ha-
bens in veste candida etc. Sed deus
habet noticiam pauperum: eos eligit. eos
beatos dicit. Psalmista. **Honorabile**
nomen eorum coram illo. Unde et hic la-
zarum nominauit. Jaco. ij. **Done-**
deus elegit pauperes in hoc mundo.
Ma. xlvij. **Elegi te in camino pau-**
perum. Dauid. v. **Beati pauperes**
spiritu: quoniam ipsorum est regnum
celorum.

Secunda ratio est ut diuites punia-
tur in hoc quo peccant. Non enim stu-
dent nisi dilatare nomen suum in ter-
ra. ideo tui res et palacia edificant. a-
gro et vineas multiplicat. Psalmista.
Locauerunt nomina sua in terris
suis. Unde signati sunt per gigantes
qui dixerunt. gene. xij. **Uenite edi-**
ficemus turrem et celebremus nome-
nostrum in terra. Iher. xliij. **Rece-**
dentes a te in terra scribentur: non in ce-
lo. Littere nominum eorum sunt possessiones
dignitates. honores.

Tercia ratio est ut ostenderet q̄ diuites in
terra in breui perdunt. q̄ perit memo-
ria eorum cum sonitu. Job. xiiij. **Deoria**
p. i.